



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. II. De Vastatione Terrae Polonicae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

ministrare cœpit. Sed postea circa An. 1234. vicissim ejectus est ab Henrico. Qyoniam itaqve Conradus in Minorie Polonia per aliquid tempus pro tute & Principe sese gessit, ideo, Ducem Poloniae ipsum nominat Dusburgius. Conferatur Martinus Cromerus lib. VIII. de *Ortu & Reb. Geſt. Polon. princ.*

(b) Addit Jeroschinus Christianum hunc à Papa fuisse missum ad convertendos Prussos. Idem habet Author Chronicis Germanici antiqui in 4. qui vixisse videtur sub Paulo Bellizero à Rusdorff Magistro Generali Prussiae. Idem ex Scriptoribus exteris innuit Author Chronicis montis sereni ad An. 1215. pag. 109. Edit. Joach. Johan. Maderi, quando dicit: *Christianus primus post beatum Adelbertum genti Prutenorum Episcopus consecratus est.*

(c) Causam bellis Prussicis Historici recentiores Conradum Masoviæ Ducem præbuuisse referunt. Educaverat Conradum Christianus Palatinus Plocensis, eumque sèpius enormium flagitorum causa reprehenderat. Conradus verò harum reprehensionum tandem pertasus, primò Christianum oculis privavit, tandem etiam è medio sustulit. Hoc facinus ulturi Prussi, arma in Conradum corripunt Masovianique miserè vastant. Hæc Scriptores nostri, penes quos sit hujus rei fides. Aliam causam æque probabilem vide apud D. Cœlestinum Misleniam in Prolegomen. ad *Manuale Prutenicum.*

CAP. II.

Vastatione Terræ Polonicæ.

ET qvia idem Dux principiis non obstitit, nec contra violentos ipsorum ausus & conamina remedium adhibuit opportunum, ad ulteriora & deteriora procedentes invaserunt terram Poloniæ cum magna potentia pugnatorum, tot vicibus & tanta damna intulerunt ei, quod combustis ædificiis homines ætatis adulteri percusserunt gladio & mulieres & parvulos in servitatem perduxerunt, & si forte aliqua matrona grava in partu

CHRONICLE PRUSSIÆ.

Hermannus de Salzea IV. Magister Ordinis Teutonici.

31

tu ipsos seqvi non poterat, eam occiderunt, rapientes etiam infantes de brachiis matrum, infigendo in fudes sepium interficerunt. Sicqve terram adeò vastaverunt, qvod de omnibus munitionibus & castris Ducatus sui non remansit ei, nisi unum Castrum situm super fluvium Wifele, qvod Ploczke dicebatur. Insuper CCL. Ecclesiæ Parochiales præter monasteria regulorum & secularium Clericorum, (a) capellas, Cœnobia monachorum, & claustra sanctimonialium incendio destruxerunt. Sacerdotes & alios Clericos tam religiosos quam seculares, qvosdam extra septa Ecclesiæ alios intra plures in altari dum sacrosancta corporis & sanguinis Domini nostri JEsu Christi traherent mysteria trucidantes, ipsa Sacra menta in contemptum Dei irreverenter in terram projicientes, pedibus conculcabant, Calices, ampullas & alia vasa Ecclesiæ corporalia vestesqve sacras ad divinum cultum dedicata deferentes ad illicitos usus pertrahabant. Cum virginibus Deo dicatis de claustris suis violenter extractis impudicè sua ludibria exercentes, & ut breviter concludam nullus sufficeret ad plenum scribere, qvanta mala & facta detestabilia fidei & fidelibus irrogarunt.

ANIMA DVERSIO.

(a) I.e. *scacella*. Capella autem barbaris illis seculis dicebatur *ædicula* sacra, à pellibus caprarum, qvibus tegi solebat.

CAP. III.

de

Muneribus Datis Pruthenis ad placandam savitiam eorum.

A Nteqnam dicta terra Poloniæ sic penitus destrueretur, cùm adhuc aliquod residuum superesset, idem Dux in tantum co-
actus